

*occafū in ortum . Alterum deinde motum habet ꝑ̄ rādiſſimum , quo mouetur ad motum totius celi Solis, ab occaſu in ortum in 100. annis grad. 1. iuxta Ptolemæum ; At ſecundum Alphoſum in 200. annis grad. 1. Min. 28. Et quia hoc motu duo illi orbis eccentrici ſecundum quid deferunt augem Solis, & oppoſitum augis ad alia & alia puncta Eclipticæ, licet tardiffime, dicti ſunt ab Aſtronomis Deferentes augem Solis . Eſt autem hoc tempore Aux Solis in 2. fere grad. 55, & oppoſitum eius in 2. grad. 70 . Ex his igitur duobus motibus , inquit, colligitur annuus motus Solis . Verum conſtitutio horum trium orbium Solis, & eorū motus, plenius explicari ſolent in Theoricis Planetarū.*

**Q**VILIBET autem Planeta, præter Solem, tres habet circulos, ſcilicet Æquantem, Deferentem, & Epicyclum . Æquans quidem Lunæ eſt circulus concentricus cum terra, & eſt in ſuperficie Eclipticæ . Eius vero Deferens eſt circulus eccentricus, nec eſt in ſuperficie Eclipticæ, immo vna eius medietas declinat verſus Septentrionem, altera verſus Auſtrum . Et Deferens Æquātem interſecat in duobus locis : Et figura interſectionis appellatur Draco, quoniam lara eſt in medio, & anguſtior verſus finē . Interſectio igitur illa, per quam Luna mouetur ab Auftro verſus Aquilonē, appellatur caput Draconis. Reliqua vero interſectio, per quam mouetur a Septentrione in Auſtrum, dicitur Cauda Draconis.

**D**EFERENS quidem, & Æquans cuiuslibet planetæ ſunt æquales . Et eſt ſciendum, quod tam Deferens, quam Æquans, Saturni, Iouis, Martis, Veneris, & Mercurij, ſunt eccentrici, & extra ſuperficiem Eclipticæ, & tamen ipſi ſunt in eadem ſuperficie .

**Q**VILIBET etiam planeta præter Solem habet Epicyclum . Eſt autem Epicyclus circulus paruus, per cuius circumferentiā deferitur corpus planetæ, & centrum Epicycli ſemper deferitur in circumferentiā Deferentis .

## COMMENTARIVS

**S**ECUNDO agit de orbibus, & motibus aliorum planetarum  
*Qe9 ij dicens,*